



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Cathedraticum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

inter idiotas, licet sint mortiferi. eadem
ibidem.

- 11 Nec in carnalibus, ubi adest periculum
scandalorum, vel cadere potest suspicio
ob frequentem reditum ad Ordinarios.
eadem *ibidem.*
- 12 Nec restitutionem incertorum sibi re-
feruent. eadem 14. Junij 1619.
- 13 Nec eorum absolutionem, qui nocte
per ciuitatem inhoneste canentes deam-
bulant. ead. 16. Octob. 1615.
- 14 Nec eorum, qui violant dies festos. ea-
dem 16. Ianuar. 1615.
- 15 Referuent paucos, eosque maximè ne-
cessarios, atrociores, & grauiores. eadem
26. Nou. 1602.
- 16 Casus referuati in Synodo sunt perpetui;
qui verò singulis annis extra Synodum,
morte referuatis expirant, nisi per suc-
cessores confirmantur. Zerola *in praxi V.*
Casus referuati ad quartum.
- 17 Licentia absoluendi à casibus Episcopo
referuatis dari potest viua voce. Congr.
Episc. 26. Nou. 1602. *Absolutio. n. 36. 37.*
Confessarius. n. 17. 33. Eucharistia. n. 30. Le-
gatus. n. 6. 8. Pœnitentiarius. n. 12. Restitu-
tio incertorum. n. 3.

Cathedraticum.

- 1 **T**Axa Cathedratici est duorum soli-
dorum iuxta valorem locorum, &
consuetudinem. Barbof. *de potest. Ep. al-*
leg. 86. n. 43. 44.
- 2 Non potest Episcopus imponere no-
uam taxam nomine Cathedratici. Cong.
Episc. 15. Junij 1619.
V. Visitatio Episcopi. n. 41.

Censura, &c.

- 1 **L**iceat Episcopis in irregularitatibus
omnibus, & suspensionibus ex de-
licto occulto prouenientibus, excepta
ea, qua oritur ex homicidio voluntario,
& aliis deductis ad forum contentiosum
dispensare. Trid. *sess. 24. c. 6.*
- 2 Negatur hæc facultas inferioribus Epi-
scopo, licet habeant quasi Episcopalem
iurisdictionem. Decisum refert Garz. *p. 7.*
cap. 11. n. 13. & 17.
- 3 Item ijs Episcopis, in quorum regione
non est receptum Concil. Trident. De-

cisum referunt DD. apud Barbof. *alleg.*
39. num. 3.

- 4 Conceditur confessario Episcopi, si hic
indigeat. Barbof. *ibidem. n. 15.*
- 5 Cui conceditur à Papa absolutio à casti-
bus Papalibus, licet non intelligatur con-
cedere casus in Bulla Cœnæ, conceditur
tamen facultas absoluendi à censuris re-
feruatis Episcopo, quas ipsemet sibi re-
feruauit. Suar. *de cens. disp. 8. sect. 5. num. 11.*
14. & 15.
- 6 Potest Episcopus dispensare à simonia
occulta, non tamen rehabilitare obtinen-
da beneficia, seu retinenda. Decisum re-
ferunt DD. apud Barbof. *loc. cit. n. 44.*
- 7 Forensis potest dispensari in prædictis
ab Episcopo, in cuius Diœcesi comoratur,
non autem à suo Episcopo absente.
Decisum refert Garz. *par. 11. cap. 10.*
num. 139. in 3. declar.
- 8 In dispensationibus prædictis potest il-
le tantum Episcopus, qui habet iurisdic-
tionem ordinariam in eum, cui conce-
denda est dispensatio. Decisum refert
idem *ibidem.*
- 9 Potest etiam, si sit extrà suam Diœce-
sim, dispensare in prædictis. Barbof. *al-*
leg. 39. num. 7.
- 10 Occultum in his dicitur, quod non est
notorium, licet sciatur ab aliquibus. Bar-
bof. *ibidem. n. 21. 25.*
- 11 In fine causæ non probatum est occul-
tum. idem *ibidem. n. 32.*
- 12 Censuræ nõ debent publicari eo appa-
ratu, & forma, quibus Romæ Bulla Cœ-
næ. Congr. Episc. 2. *May 1601.*
- 13 Publicata ab Ordinarijs, & nedum à
Sede Apostolica, mandante Episcopo,
publicentur à Regularibus in eorum
Ecclesijs, & seruentur Trid. *sess. 25. cap. 12.*
de Regular.
V. Absolutio per totum. Excommunicatio
per totum. Legatus. num. 7. Regularium iura
sub Episcopis. num. 42.

Census.

Vide. Contractus.

ADDITIO.

- 1 Tollit omnem contrariam consuetudi-
nem, & possunt Episcopi cogere contumaces